



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.
tribunali animam Deum verè quærentem paternè ...**

Eisvogel, Veremund

Augustae Vindelic., 1727

[21.] S. Meinradus Martyr

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52716)

Rhythmum S. Augustini: *Noverim me!
noverim te, nec aliquid cupiam nisi te.*
& cum trina Communionem Spirituali
per diem instituenda. *Amo te, Domi-
ne! & si parum est, amem validius:
amem purius.* S. August.

Festum S. Meinradi Einsidlen-
sis Eremiticæ, & Martyris prodigiosi.
Ex Ord. S. P. Benedicti.

EXHORTATIUNCULA I.

Quinquennis desertô comitis titulô
monasterium, inde solitudinem
petiit. Ut retraheret tartarus,
gravibûs in virum insultibus irruit: sed
incassum. Recreatus enim Angelorum
confortiô, risit impotentis hostis cona-
tus irritos. Cum Deo agentibus quid
timendum? nihil. Latrant inferi, ut
vigilemus, & stemus in armis.

Instructio meritoria.

O Fili! diu jam distractionibûs, &
vanis dissipamur cogitationibûs. S.
Meinradi meritâs liberari possumus. In
Patronum nostrum eligamus, & hodie
*Litanis de omnibus sanctis S. Ordinis
nostri*

nostri eundem veneremur : Sæpè tempore distractionis, & evagationis ingemiscetes : O S. Meinrade ! *vim patior ! responde pro me.*

II.

MAgnum, & ultrà hominem est, ait S. Petrus Dam. asperitatem verborum, & verborum non tantùm patitur sed & non reddere. Illud verò majus, & quid Divinum sapit : *benefacite his qui oderunt vos.* Hanc veritatem implevit Meinradus, dum latronibus, quidquid habuit ciborum, benevolè apposuit. Gratiarum actionis locò cruenta cecidit victima, eò gratior Deo, quò inhumanior homo.

Instructio meritoria.

In bono vincamus malum. Pro omnibus igitur nostris malefactoribus, ne Deus aut corpore, aut anima puniat, unum offeramus Rosarium de misteriis dolorosis, cuilibet decadi inferendo petitionem Christi : *Pater ! dimitte illi ; quia nesciunt, quid faciunt.* Bonus, & verus Christianus non habet inimicum nisi se solum.

III.

IN loco Martyrii Maria Martyrum Regina sibi Capellam constituit, quam Ipse Dei Unigenitus in propria consecravit persona. Tanti coram Deo, & Maria est, ignovisse malefacienti. Cor plenum charitate erga inimicos templum Domini sanctum est. O Fili! cadat Dagon! pereat indignatio, & spiritus ultionis! nobis enim illud relictum est mandatum Domini: *Discite à me; quia mitis sum, & humilis corde.*

Instructio meritoria.

Pro omnibus vindictam, odia, & ne-
ces spirantibus officium de *Dulcissimo*
Corde Jesu offeramus S. Meinrado, hu-
militer supplicantes, ut det nobis famu-
lis suis illam, quam mundus dare non
potest, pacem, omnique hostium sub-
latâ formidine, tempora sint suâ pro-
tectione tranquilla.

I

Festum